.pxima.

B· Altā patente. longā breue.

hanc ſi conſecratā predicant·

Funcθū deinde cū reliquit ſpſ· Et adſepulchri ū popa ferē funeris Partes p ipſas im primunt brattee· Inſignis auri lāmina obducit cutē· Tegit̄ metalloq̄ʒ pſuſ̄ ē·

His ferre poenas cogit gentilitas ignib· Hac dii coercent lege cultores ſuos· Sic demon ipſe ludit hos quos ceperit· Docet execrandas ferre contumelias· Poenas tumentis mandat infelicibus·

At nr̄ iſte ſanguis extrā fluit Crudelitate uos tyrannicē impia Exulcerantis innocentū corpora· Si uos ſinatis incruentē uiuim̄· At ſi cruente puniamur uincimus· Sed iā ſilebo finis inſtat debreuis· Finis malorū paſſionis gloria· Iā ſi liceb̄ ſupbe ut licuit modo· Torquere nrā ſ ſecare uiſcera· Caedas neceſſe ē inctus etiā detinas· Ceſſab equidē tortor & ſector dehinc· Iudex minat̄ ſed peritorū manus· Succedit illis ſtrangulatrix faucium· Alis ſilere neſcit oris garruli· Vox inquieta quā tu bā ſi fregero· Dix forōq; trahi iuſſit uirū· Trudi in tenebras noxialis carceris· Elidit illic funes collū martiris· Lictor nefandus ſic pacta ē paſſio· Anima abſoluta uinculis celū petit·

Geſta intimaſſe cuncta ferē principi prefectus addens ordinē uoluminū· Seriēq; tante digerens tragoediē Exactus omē crimē in faſces refert· Sui tyrannus carulis in faſcib; Sed ſi ſeriptas ē ſic diuina· Virgo ſuſceptum

pulorū obſtac ſitū Carpit ſenectus aut ruinis obruit· Inſcripta xpō pagina Immortalis ē· Nec obſoleſcit ullus in celis apex·

Excepit aſtans angls corā dnō· Et que locutus martyr & que pertulit· Nec ūba ſolū differentis condid· Sed ipſa pingens uulnera expſſit ſtilo· Laterū genarū pectoriſq; ac faucium· Omis notata ē ſanguinis dimiſſio· Vt quāq; plagā ſulcus exaraueit· Que uis doloris quue ſegmti modus· Guttā cruoris ille nullā pdidit· Hic in regeſtū liber eſt celeſtib;· Monimēta ſeruans laudis indelebilis· Relegend̄ olī ſepr̄e no iudici· Librante equo qui malorū pondera· Et pmiorū eparati copias· Vellē ſiniſter int̄ aedorū greges· Ut iā futurus eminus dinoſcerer· Atq; hoc precante dicere & rex optimus Romanus orat tranſfer hunc edū mihi· Sit dexter agn̄ induat uellere·

Incip lib periſtephan ẏmnus in honore martyrū emeterii & cheledonii calagurgitanorū metrū trochaicū eſtans ex troch & ſpt & aliquotiens ſpondeū admittit·

Scripta ſũt celo duorū martyrū uocabula· Aureis que xpē illic adnotauit litteris· Sanguinis notis eadē ſcripta terris tradidit·

Pollet hoc felix porbe terra hybera ſtemmate· Hic locus dign̄ tenendis oſſib; uiſus dō· Qui beatorū pudicus eēt hoſpes corporū· Hic calentes hauſit undas cede tinctus duplici· Illitas cruore ſcō nc̄ arenas incolae Confrequentant obſecrantes uoce uotis munere·

Exteri nec non et orbis huc colonus advenit.
Fama nam terras in omnes percucurrit proditrix
Hic patronos esse mundi quos precantes ambiant
Nemo puras hic rogando frustra congessit
preces. Laetus hinc tersis revertit supplicator
fletibus. Omne quod iustum poposcit inpetratum
sentiens. Tanta pro nostris periclis cura suffragantium
est. Non sinunt inane ut ullus voce murmur
fuderit. Audiunt statimque ad aurem regis aeterni
ferunt. Inde larga fonte ab ipso dona terris
influunt. Supplicum causas petitis quae medelis
inrigant. Nil suis bonus negavit Christus umquam
testibus. Testibus quos nec catenae dura nec mors
terruit. Unicum deum fateri sanguinis dispendio.
Sanguinis sed tale damnum lux rependit longior.
Hoc genus mortis decorum est hoc probis dignum viris.
Membra morbis exedenda texta venis languidis.
Hostico donare ferro morte et hostem vincere.
Pulchra res est ictum sub ense persecutoris pati.
Nobilis per vulnus amplum porta iustis panditur.
Lota mens in fonte rubro sede cordis exilit.
Nec rudem crudi laboris ante vitam duxerant
Milites quos ad perenne cingulum Christus vocat.
Sueta virtus bello et armis militat sacrariis.
Caesaris vexilla linquunt. eligunt signum crucis.
Proque ventosis draconum quos gerebant palliis.
Praeferunt insigne lignum quod draconem subdidit.
Vile censent expeditis ferre dextris spicula.
Machinis murum ferire. castra fossis cingere.
Impias manus cruentis inquinare stragibus.
Forte tunc atrox secundos Israhelis posteros
Ductor aulae mundialis ire ad aras cogerat.
Idolis litare nigris esse Christi desugas.
Liberam succincta ferri pestis urgebat fidem

Illa virgas et secures et bisulcas ungulas
Ultro fortis expetebat Christi amore interrita.
Carcer inligata duris colla bogis inpedit.
Barbaras forum per omne tortor exercet manus.
Veritas crimen putatur. vox fidelis plectitur.
Tunc et ense caesa virtus triste percussit solum
Et rogis ingesta maestis ore flammas sorbuit
Dulce tunc iustis cremari dulce ferrum perpeti.
Hic duorum cara fratrum concalescit corpora.
Sors et una quos per omne tempus iunxerat sodalitas.
Stant parati ferre quicquid sors tulisset ultima.
Seu foret praebenda cervix ad bipennem publicam.
Verberum post vim crepantum post catastas igneas.
Sive pardis offerendum pectus aut leonibus.
Nos ne Christo pertinaci mammonae dicabimur.
Et dei formam gerentes serviemus saeculo.
Absit ut caelestis ignis se tenebris misceat.
Sit satis quod capta primo vita sub chirographo
Debitum persolvit omne functa rebus Caesaris
Tempus est deo rependi quicquid est proprium dei.
Ite signorum magistri et vos tribuni absistite
Aureos auferte torques sauciorum praemia
Clara nos hinc angelorum iam vocant stipendia.
Christus illic candidatis praesidet cohortibus
Et throno regnans ab alto damnat infames deos.
Vosque qui ridenda vobis monstra divos fingitis.
Hic et loquentes obruunt mille poenis martyres.
Nexibus manus utrasque flexus involvit rigor.
Et chalybs attrita colla gravibus ambit circulis.
O vetustatis silentis obsoleta oblivio.
Invidentur ista nobis fama et ipsa extinguitur
Chartulas blasphemus olim nam satelles abstulit
Ne tenacibus libellis erudita saecula
Ordinem tempus modumque passionis proditum

Dulcibus linguis per aures posterorum spargerent
Hoc tamen solum uetusta subtrahunt silentia
Iugibus longum catenis an capillum pauerint
Quo uiros dolore tortor quaue poena ornauerit
Illa laus occulta non est nec senescit tempore
Missa quod sursum per auras euolarunt munera
Quae uia pateret caeli praemicando ostenderent
Illius fidem figurans nube fertur anulus
Hic sui dat pignus oris ut ferunt orarium
Quae superno rapta flatu lucis intrant intima
Per poli liquentis axem fulgur auri absconditur
Ac diu uisu sequacem textilis candor fugit
Subuehuntur usque in astra nec uidentur amplius
Uidit hoc conuentus astans ipse uidit carnifex
Et manum repressit haerens et stupore palluit
Sed tamen peregit ictum ne periret gloria
Iamne credis bruta quondam uasconum gentilitas
Quam sacrum crudelis error immolarit sanguinem
Credis in deum relatos hostiarum spiritus
Cerne quam palam feroces hic domantur demones
Qui lupino capta ritu deuorarant praecordia
Strangulant mentes et ipsas seque miscent sensibus
Tunc suo iam plenus hoste sistitur furens homo
Spumeas efflans saliuas cruda torquens lumina
Expiandus quaestione non suorum criminum
Audias nec torqueator astat heiulatus flebiles
Scindit ipse flagra corpus nec flagellum cernitur
Crescit et suspensus ipse uinculis latentibus
His modis spurcum latronem martyrum uirtus quatit
Hec terret torquet urit hec catenas inicit
Pulso uexatus relinquit se medullis demon quatit
Linquit ille tandem rapinam faucibus siccis fugit omnis
Unguem ab imo usque ad capillum saluat ... dit
Confitens dolore sese non gehennis incola

Quid loquar purgata longis alba morbis corpora
Algidus cum decolores horror artus concutit
Hic tumor uultum relinquit hic color uerus redit
Hoc bonum Saluator ipse quo fruamur praestitit
Martyrum cum membra nostro consecrauit oppido
Sospitant quae nunc colonos quos Hyberus alluit
State nunc hymnite matres pro receptis paruulis
Coniugum salute laeta uox maritarum strepat
Sit dies haec festa nobis sit sacratum gaudium

Incipit passio sancti Uincentii martyris dimetrum iambicum acatalecton

Beate martyr prospera diem triumphalem
Quo sanguinis merces tibi corona Uincenti datur
Hic te ex tenebris saeculi tortore uicto et iudice
Euexit ad caelum dies Christoque ouantem reddidit
Nunc angelorum particeps Collucis insigni stola
Quam testis indomabilis Riuis cruoris laueras
Cum te satelles idoli Praecinctus atris legibus
Litare diuis impie Ferro et catenis cogeret
Ac uerba primum mollia Suadendo blande effuderat
Captator ut uinculo lupus Rapturus [illegible]
Rex inquit orbis maximus Qui sceptra gestat Romula
Seruire sanxit omnia Priscis deorum cultibus
Uos Nazareni assistite Rudemque ritum spernite
Haec saxa quae princeps colit Placate fumo et uictima
Exclamat hic Uincentius Leuita de tribu sacra
Minister altaris dei Septem ex columnis lacteis
Tibi ista praesint numina Tu saxa tu ligna colas
Tu mortuorum mortuus Fias deorum pontifex
Nos lucis auctorem patrem Eiusque Christum filium
Qui solus ac uerus deus Datiane confitebimur
Hic ille iam commotior Audetne uilis lex ... deorum hoc et principum
Uulgare uerbis asperis Ius et sacratum et publicum